

Alte Drucke

EPHEMERIDES || COELESTIVM || MOTVVM || IO. ANTONII MAGINI || PATAVINI, AD ANNOS XL. || Ab anno Domini 1581. vsque ad annum 1620. secundum Copernici ...

Magini, Giovanni Antonio

Venetiis, 1582

IOANNIS ANTONII MAGINI PATAVINI ISAGOGICARVM TRACTATVS PRIMVS.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150787](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150787)

IOANNIS ANTONII
MAGINI PATAVINI
ISAGOGICARVM

TRACTATVS PRIMVS.

In quo agitur de Astrologiæ Naturalis, seu Iudiciariæ
principijs ad Apotelesmaticos Ptolemæi
libros maximè conducens.

*De Nomine, Diuisione, & Subiecto Astrologiæ.
Caput Primum.*



CREVIMVS in paruo hoc compendio breuiter Astrologiæ principia aggregatè, & ordinatè, quantum ingenij nostri tenuitas affert, pertractare, quò facilius cognitu Tyronibus hæc disciplina esset. Verum antequàm ipsa percurramus, omiffis siquidem certis argumentis, & fundamentis, quæ & hanc artem veram esse, & inter cæteras liberales homini necessarias adnumerari dignam, conuincunt, initio monendum de aliquibus præcipuis studiosos duximus, quæ frequenter in singulis disciplinis quæri, & proponi solent, hæc autem Græci Prologomena, & nostri Præcognoscenda dicunt, ex ipsis etenim ad facultatum intelligentiam maximè inuitamur, atque introducimur, hæc autem sunt Disciplinæ nomen, Diuifio, Subiectum, Intentio, & Ordo, qui proponitur, vt interim finem, vtilitatem, & reliqua breuitatis causa taceamus.

Primum igitur à nominis explicatione exordium fumentes dicimus, Astrologiam nil aliud, quàm Astrorum sermonem, & rationem nobis significare, ea namq; de cœlorum, syderumq; serie, motu, magnitudine, configuratione, & cæteris horum passionibus, & accidētibus inquirat, & pertractat. Diuiditur potissimum

E in 3

ISAGOGICARVM

in duas partes principales, nempe in Theoricam, seu Speculatricem, & Practicam, seu Operatricem.

Theorica Geometricis, & Arithmeticis demonstrationibus munita omnium stellarum motus, magnitudines, situs, distantias, & configurationes, quas inter se habent, ceteraque phenomena ab evidentissimis observationibus exorta explicat, & hanc recentiores Astronomiam proprie vocitant. Altera quae Prognostrix, Iudiciaria, seu Diuinatrix dicitur, est quae physicis rationibus, & repetitis sepe experientijs vires, & effectiones stellarum, quibus sympathia quadam in elementis, elementatisq; corporibus mutationes excitant, accuratè scrutatur, & quomodo inde temperamenta, & inclinationes in corporibus hominum, mutationes auræ, & similia, tanquam effectus caelestium causarum prouideri, seu prognosticari possint. Hæc proprium nomen Astrologiæ apud modernos sibi sortitur, & subdiuiditur in duas partes, quæ sunt Introductoria, & Exercitatoria.

Introductoria versatur solum circa principia iudiciorum, quæ scilicet sint naturæ, vires, & qualitates tum planetarum, tum reliquorum syderum, nec non etiam partium cœli, & eorum omnium inter se commixtiones, & habitudines, de qua Claudius Ptolemæus in primo sui Quadripartiti libro copiosè, & eruditè tractat.

Exercitatoria, seu Operatoria est, quæ ex his principijs futuros rerum euentus iudicat, ac prænunciat, hæc autem in quatuor primas partes partita est.

Prima est de vniuersi mundi statu, utpotè de principijs, mutationibus, & excidijs urbium, Imperiorum, & Monarchiarum, & vbi, & quando pax, bellum, sectæ, pestilentie, terremotus, & diluua contingant, quæ quidem cum à magnis Planetarum congressibus, ab eorundemq; orbium Apogeorum, & Eccentricorum mutationibus, nec non ab octauæ sphaeræ tardissimo incessu, & alijs diuturnis causis dependeat, quorum effectus ad multa sæcula extendi putatur, maximis difficultatibus fit obnoxia, cum talium momenta minimè obseruari possint, ob idq; ab humano intellectu non nisi summa cum difficultate consequitur, nec ita perfectè, ut aliæ, de qua tamen generalia quædam haberi possunt, utpotè quod talis coniunctio tali anno, tali mense, in tali signo, & trigono accidet, & quod tali sæculo maxima, minimaue Eccentricitas, & Obliquitas Solis erit, & quod mutatio Apogæi talis planetæ

fiere ex aliquo signo eueniet, ideo non mirum videri debet si Albi
massar cum tota vetustate, nec non Escuidus cum plerisque alijs
recentioribus scriptoribus de hac scientia, quam sibi, & intelligen-
tjs reseruauit Deus, tam stolidè & tenebrosè pertractarunt.

Secunda Astrologiæ pars agit de mutationibus aeris, vt de tem-
pestatibus, de æstuosis, serenis, humidis, frigidisvè aeris constitutio-
nibus, & de his, quæ inde consequuntur, vt sunt salubritas, pestilen-
tia, lues, anõnæ copia, vel penuria, terremotus, inundatio, &c. & hoc
potissimum per luminarium deliquia, per reuersionem Solis ad
æquinoctialia, & solstitialia puncta, per nouilunia, ceterasquè tum
luminarium, tum reliquorum planetarum configurationes, per stel-
las fixas, & deniq; per cometas, & alia, quæ in sublimi apparent. De
hac Ptol. in 2. Apotelesmatum lib. satis copiose, ac phyticis funda-
mentis pertractat.

Tertia Diuinatricis pars, quæ de priuata cuiusq; hominis vita,
tum quo ad statum corporis, tum quo ad fortunã, & conditionem
tractat, ad geniturarũ iudicia refertur, Genethliologicaq; dicitur,
ea siquidem hominum temperamenta, & quæ inde sequuntur, qua-
lia sunt inclinationes ad virtutes, ad vitia, & ad literarũ studia, dein
de mores, morbi, casus, & alia huius generis, quæ contingenter ho-
mini euenire possunt, naturalibus coniecturis iudicat, de hac simili-
ter Ptolemæus in 3. & 4. Apotelesmaticis libris naturales limites mi-
nimè excedens abundè differit.

Quarta demũ pars est de initijs operum, actionũ, rerũ, & egritu-
dinũ, atq; de electionibus temporũ iungulis rebus conuenientium.
De hac Nauigatoria, & Agricultura magnoperè ind gêt, hæc vt tẽ-
pora plantandi, inferendi, seminãdi, cedendi ligna, & reliquis opera-
tionibus oportuna eligere queat, illa vero vt tẽpora, in quibus tem-
pestates contingũt, effugere sciat, quantũ postea hæc pars medicæ fa-
cultati conducatur ex Hippocratis, & Galleni sententiã, qui medicorũ
principes habentur, facile persuaderi potest, quippe in permultis
suorum librorũ locis hanc medico ita necessariam asserunt, vt sepe
egrotò consulant, ne se medici hanc nõ callenti manibus cõmittat.

Hæc sunt verè, legitimeq; Astrologiæ naturalis partes, quanquã
Chaldei, Arabes, & Iudei, talesq; inculti authores, qui ex quo diuinã-
di cupidiores eam amplificare volentes, multa inania deliramenta
illi immiscuerunt, vt puta sortes, seu omnium rerum partes, decu-
rias, seu signorum facies, & simulacra, quæ cum his cooriri dicunt,

duodenarias, notenarias, fridarias, gradus lucidos, tenebrosos, fumosos, vacuos, masculinos, femininos, horas planetis assignatas, & alia. Quinimo non solum hæc principia falso sunt commenti, verum integros etiã tractatus, vt de interrogationibus, de imaginibus, & maiori ex parte de electionibus absq; vlllo naturali fundamento compilauerunt, quam quidem Arabum superstiosam barbariem permulti tum præteriti sæculi, tum ætatis nostræ viri (taceo hos, qui veram scientiæ semitam sequuntur) ob quandam facilitatem ineptè insectando, in multos, maximosq; errores incurrerunt, ita vt non solum à vulgo irrideantur, à prudentibus repræhendantur; sed non immeritò etiam exosi, & suspecti ab Ecclesia Catholica habeantur.

Restat nunc, vt de Astrologiæ Prædictiæ obiecto breuiter aliqua dicamus, vt simul nostram intentionem, & institutum ordinem, quo facilius studiosi ad eam accedant, paucis aperiamus. Subiectum igitur, seu obiectum Astrologiæ sunt cœlestia corpora quatenus in elementa, elementataq; corpora agunt, & alterationes, atque mutationes inducunt, cuius præcipuæ partes sunt septem planetæ, stellæ fixæ, & partes cœli mutabiles, atq; immutabiles, sicut infra dicetur. Cum autè nostra intentio sit introductoriam Astrologiæ partem persequi, quæ alijs Operatricis partibus principia præparat, in vniuersum hæc omnia ad septem erraticarum tractationem tanquàm ad principaliorem obiecti partem reducere decreuimus. Quare cum planetarum vires, atque effectiones sex præcipuis modis dignoscantur. Primo iuxta primas qualitates. Secundo ex collatione ipsorum ad proprios orbis, seu circulos. Tertio quantũ ad partes cœli tã naturales, seu immutabiles, quàm accidentales, seu mutabiles. Quarto ad Solem ipsos comparando. Quinto ex mutua inter se collatione. Sexto, & vlt. prout afficiuntur à fixis stellis. Ideo hos omnes modos exponere proposuimus, sed post primum, & secundum modum de partibus cœli, tam naturalibus, quàm accidentalibus, quæ sunt tertia obiecti pars, tractabimus, postremo reliquos modos per ordinem prosequemur. Præter vltimum modum, quem in quarto tractatu, qui est de stellis fixis, seu secundo obiecti membro, plenè aboluimus.

De septem erraticis stellis. Cap. 2.

Septem sunt planetae, qui vagantes, seu errantes stellae, ideo ab Astrologis nuncupantur, quia varijs motibus moueri manifestè cernuntur: horum autem nomina, & characteres sunt hæc.

Saturnus ♄	Jupiter ♃	Mars ♂	Sol ☉	Venus ♀	Mercur. ☿	Luna ☾
---------------	--------------	-----------	----------	------------	--------------	-----------

Horum verò omnium duo sunt, qui potentia, claritate, cognitione, simplicitateque motus ceteros antecellunt, qui luminaria ideo appellantur, quia plurimo abundant lumine, sic vt in die vtrunq; cerni quæat, reliquasque stellas suo splendore obumbrant, sed horum alterum luminare maius nūcupatur, nempe Sol, qui destructis tenebras, & omnia radijs suis perlustrans dominationem dici suscipit, & est in medio ceterorum planetarum tanquam dux, & moderator. Alterum, quod est Luna, luminare minus dicitur, & hæc præest nocti: reliqui autem quinque erronei simpliciter planetae nuncupantur, & horum tres, qui supra Solem suos orbis habent, vt ♄ ♃ ♂ superiores appellantur, alij autem qui infra Solem sunt vt ♀ & ☿, quibus adiungitur etiam Luna, inferiores dicti sunt.

De planetarum vi, atque potestate iuxta primas qualitates. Cap. 3.

Secundum primas qualitates planetarum vires, atque effectiones tripliciter distinguuntur. Natura nempe, qualitate, seu conditione, & sexu. Iuxta naturam igitur planetæ dicuntur calidi, frigidi, sicci, atque humidi, quo fit, vt benefici, & vitales, malefici, & exitiales, fecundi, atque steriles dicti sint: minimè verò putandum est, has qualitates eis verè inesse, sed potius virtutes harum qualitatū effectrices, quoniam iuxta insitam vniuscuiusque stellæ vim, calorifue magnitudinem huiusmodi qualitates in elementis, corporibusque elementatis irradiatione, & motu inducunt, mouent, mouendo afficiunt, atque afficiendo contemperant.

SOL igitur iuxta primas qualitates est moderatè calidus, atq; paululū siccus, id est vim calefaciēdi, & leniter desiccādi habet quod satis constat cū propter eius magnitudinem, tum propter euidentēs in anni vicibus, & temporibus mutationes.

☉ humida ideo appellatur, quoniam cū sit terræ proxima, plusquam ceteri planetę in illam suo lumine agens, & ex humidiori parte vapores eleuās humectat, & madefacit aerem, & subiecta corpora mollia reddens putrefacit; sed habet etiam aliquam excalefaciēdi vim propter Solis illustrationem.

♄ vero stella frigida, & parū sicca dicitur, quia cum longissimè à Sole distat, debiliter eius radios suscipiens parū simpliciter calefacit, quod respectu nostri refrigerare est, quā maximè etiā ab humidis terrę vaporibus distat, quapropter exiguitate sui caloris comprimens vapores desiccatur.

♃ autem calidus, & humidus tēperate dicitur, ob idq; fecūsus, quoniā mediū est inter ♄ minimè calefaciēte, & ☉ intēperatè calidum, & estuosum, cum autem magnam molem habeat, plurimūque luminis, attrahit vapores, & humectat; sed non ideo multos, cum à terra valde distans sit.

♁ ideo immoderatè calidus, & siccus dicitur, quia, & Soli proximus est, & densiorem substantiam, igneumq; calorē habet, ob idq; attractos ab alijs stellis vapores dissipat, & consumit.

♂ deinceps calida est, sed magis humida, quippe vt Soli vicina calida censetur, minus tamen quā ☉, quoniā cum terræ sit proximior, magnamq; habeat molē, quā plurimos à terra vapores attrahit, quibus aer refrigeratur, & eius calor minor redditur, ob quā etiam causam magis humida, quā calida manifestè apparet.

♆ demum verfatilis naturæ, & anceps est, aliquando enim propter vicinitatem ad Solem siccatur, cum ab eo nunquam plus 28. partibus recedere possit, interdum etiam humectatur, quoniam cū Lunæ, tum terræ proximus est, imitatur potissimum ceterarū etiam erraticarum qualitates, quando eis associatus est.

Ex his, quæ diximus satis manifestè constat, quasdam stellas beneficas, quasdam vero maleficas iuxta eorum qualitates iudicari, siquidem ♃, & ♀ calidę, & humidę stellę temperatę sunt naturę, ob idq; beneficę, & fortunatę; sed ♃ maximè beneficus est, cum in
illo

illo calor humido perfectè dominetur, quamobrem Fortuna maior nuncupatur. ♀ deinde cum temperaturam habeat, in qua mediocriter calor humido dominatur propter humidi copiã, Fortuna minor dicitur; sed ☉ ob caloris paucitatẽ, humidique exuberantiam parum benefica, & fortuna iudicatur, attamen dum luminibus est plena, quoniam tunc satis caloris pro humidi ratione acquirit, maximè benefica censetur. ♄ præterea, & ☿ stellæ exitiales, & maleficæ dictæ sunt ob id, quia qualitates naturæ humanæ noxias habent; sed ♄ ob nimiam frigiditatem, ac pessimam naturam infortuna maior dicitur, ☿ vero feruentissimus, immodiceque siccus minor infortuna nuncupatur. Demum ☊ atque ♁ ancipitis, mediæque naturæ iudicantur, ♁ etenim dum ☊ aut ☿ copulatur, siccus efficitur, cum ♄ vero iunctus frigidus apparet propterea intemperatus erit, ac malefaciens; sed quando ♃, ♁ aut ☉ iungitur, calidus, & humidus efficitur, atque ideo temperatus, & beneficus. Sol autem quoniam ceteros planetas suo lumine impedit, eorumque benefica decreta frustrat, dum sub eius occultatur radijs, tum etiã quod maleficis planetis iunctus eorum noxias vires foueat, atque augeat, maleficus censei debet, tametsi quando alicui fortunæ per convenientem aspectum copulatus est, maximè omnium beneficus planeta iudicatur.

De qualitate, seu conditione erraticarum Cap. 5.

Qualitas, seu conditio planetæ est ipsius natura temporis conueniens, qua scilicet diurnum per diem, nocturnum vero per noctem gaudentem vocamus, tunc enim ipsius actio vehementior erit, ubi cum qualitate temporis congruerit. Sunt igitur planetæ diurni, qui Solis naturam insequuntur ♃, & ♄, alter salutaris & beneficus, alter vero malignus, & calamitosus. ♃ nanque propter temperatam crasim, in qua calor dominatur humido similitudine recreatus dielætur, & eius vis potentior fit. ♄ vero hæc conditio conuenit ad frigorem ipsius temperandum, quoniam in mala mixtione sæper deteriores qualitates contrarijs emendare conuenit, & sic minus noxius erit.

Sed nocturnam Lunæ conditionem adsequuntur ♁ atque ☿, altera quidem stella salutaris, altera intemperata atque perniciofa, nam cum ♁ ea temperie constet, in qua, ut in noctis qualitate, calor maximè ab humectatione vincitur, idcirco noctis umbra gaudet. ☿ vero quamuis verè sit diurnus, idest, efficacior in die quam in nocte

hæc conditio conuenit ad ipsius ariditatem temperandâ, quapropter cum nocte dominabit, minus etiam nocumēti afferret.

♀ autē cum anceps sit, versatilisq; naturæ ad utranq; conditionē facile sese accommodat, fitq; diurnus in matutino exortu, hæc namque regio propter Solis ad eam accessum incalescit, fitq; aridior, quæ qualitates diei sunt: sed hesperus, seu occidentalis fit nocturnus, siquidem verspertina regio ex recessu ☉ ab ea fit ad instar Lunæ frigidior atq; humidior.

De planetarum sexu. Cap. 6.

Atribuitur etiam planetis sexus hac potissimum de causa. Satis constat in rebus omnibus inares potentiores esse feminis, idcirco planetæ valentiores existentes masculi cēsendi sunt. Distinguitur autē planetarum sexus ob qualitates, quibus præsent, qua ratione ij, in quorū temperatura calor humido dominatur, masculi dicuntur, sunt autē hi ♃ ♄ & ♀. Feminæ vero dicuntur ij, in quorū crasi calor ab humido superatur, ut ☉ atq; ♁. Mercurius autē indifferens, & mediæ naturæ iudicatur, siquidē nunc humidus, nunc aridus existit. Alijs etiā de causis mutatur planetarum sexus, ut potè collatione eorum ad solem, & etiam ad quadrantes cœli, ut infra suis locis dicemus.

De collatione planetarum ad proprios orbis. Cap. 7.

Secundo modo planetæ robur, atq; potestas ex eius situ in proprijs orbibus dignoscitur, qui sunt eccētricus, & paruus orbis, qui Epicyclus dicitur, quò fit ut ascendēs, descendens, in Apogeo, in Perigeo, velox, tardus, mediocris motus, directus, stationalis, & retrogradus dicatur, quæ omnes passionēs ratione suorum orbium eis contingunt.

Dicitur igitur planeta ascendens in eccentrico dū à Perigeo, seu augis opposito, ad augē, seu Apogēū defertur. Et hoc per tabulas Astronomicas sic cognoscitur, quādo Anomalia eccentrici, quā Alphonisi centrum dicunt, à 6. signis vel 180. partibus vsq; ad 12. signa cōpleta, seu 360. partes, quæ totū integrū eccentrici ambitū componunt, augetur. E contrario postea descendēs dicitur, quoties ab Apogeo ad Hyppogēū, seu augis oppositū percurrit, & per tabulas perpenditur, cū eius centrū vsq; ad 180. partes, seu 6. signa excrefcit, cum vero eccentrici Anomalia nullum obtinuerit gradū, planeta in Apogeo,

Apogeo, seu summa abside esse dicitur, quoniam anomalia eccentrici, cum sit distantia centri epicycli ab Apogeo eccentrici incipit numerari ab Apogeo, cum deinde 6. signa completa obtinuerit, in Hypogeo, seu ima abside planeta reperitur. In prima autem longitudine media erit, cum planetae centrum 3. signa, seu 90. partes obtinuerit, in altera vero medietate, quae secunda dicitur, tunc erit, cum planetae centrum 270. partes, quae nouem signa complent, possidebit. Sed Lunae status in eccentrico alia via perpenditur, quoniam singulis quindecim diebus Apogaeum eius locum immutat. Ita ut quando iuxta medios motus \odot iungitur, tunc Apogaea fit, cum autem \odot per 60. partes distat, quando scilicet in \ast eius est, tunc in prima eccentrici medietate reperitur, per 90. partes, seu per \square aspectum distans in augis opposito versatur, in Δ vero Solis, seu per 120. partes elongata in longitudine secunda reperitur, & demum cum Soli opponitur, rursus in Apogeo inuenitur. Non dissimili modo in paruo circulo planetarum ascensus, descensusue considerantur; sed haec passiones ex tabulis motuum per anomaliam orbis, seu commutationis, quam Alphonsinae tabulae argumentum dicunt, cognoscuntur. Etenim cum anomalia orbis usque ad 180. partes, vel sex signa augetur, ab Apogeo ad Perigeum descendens est, cum vero a sex signis usque in 12. signa exerceat, tunc ad Augem epicycli ascendens dicitur. Apogaeum vero orbis tunc planeta tenet, cum nullum gradum, nec signum eius argumentum habet, similiter quando eius argumentum 6. signa tenet, tunc planeta augis oppositum percurrit. Insuper haec in epicyclo affectiones ex collatione planetarum ad \odot satis congruè dignosci possunt, sed differenter in superioribus, atque inferioribus planetis. Superiores etenim cum Soli iuncti sunt, quod circa medium suae directionis euenit, in Apogaeo epicycli versantur, fiuntque descendentes cum Sol ab ipsis elongatur, ita quod tot partibus planeta a culmine sui epicycli elongatur, quot \odot a planeta secundum signorum seriem distat, denique cum planeta \odot sunt oppositi, tunc in am partem epicycli possident, & hoc ad medium tempus suae retrogradationis euenit. Aliter vero in duobus inferioribus contingit, nam cum \odot post matutinum ortum iuncti sunt, tunc etiam summam epicycli partem tenent, post vespertinum vero exortum inferiorem epicycli partem occupant. Ceterum hanc planetarum ad suos circulos habitudinem in Ephemeridibus nostris magna diligentia annotauimus, & in infra scripta hac tabella

Apogeo-

Apogæorum, & Perigæorum in Eccentrico vera loca ad annū Domini 1581. computauimus, quæ, vt cognoscatur, quādo longissimè à terra planeta elongatur, aut ad eam propinquior fit, plurimum conducit. Etenim cum planeta Apogæū Epicycli possidet, quando circa locum Apogæi Eccentrici hic inscriptum reperitur, longissimè tunc à terra distat, quoties verò oppositum augis Epicycli percurrans, simul in loco Perigæi Eccentrici inuenitur, tunc ad terram quā proximè accedet, ita vt aspectu nostro maximus videatur. Hæc est tabella, quæ ob Apogæorum lentissimum incessum ad multos annos, tum ante, tum retro commodè inseruire potest.

	Apogæa			Perigæa		
♄	29	2	♃	29	2	♄
♃	6	36	♄	6	36	♃
♂	28	18	♁	28	18	♂
♁	8	54	♂	8	54	♁
♂	16	15	♄	16	15	♂
♃	29	54	♃	29	54	♃

Ad extremum notandum est secundū Cardanum, quod oēs planetæ iuxta eccentrici, & epicycli Apogæum puriores, meliores, & feliciores existunt, quia magis primæ sphaeræ, quæ est perfectio omnium proximiores sunt, tametsi minimè robustiores sint. In opposito aut Augis robustiores: sed deteriores sunt, quia omne agēs naturale tanto validius agit, quāto proximius passus est: sed hoc minimè accidit in Luna, nā cū in opposito Epicycli existit, sitq; ibi velocioris cursus, & proximior terræ, non solum robustior: sed melior, & purior simul fit, quoniam natura elementari magis gaudet.

Contingunt etiā ratione suorū orbium planetis passionēs aliæ, vt velocitas, tarditas, mediocritas motus, directio, regressio, & statio. Dicitur itaq; planeta velox, cuius verus motus secundū signorum ordinem suo medio motu in hac tabella annotato maior est.

Tardus e contra dicitur, cū eius verus motus minor medio motu, vel eius incessus in antecedentia signa fuerit. Mediocris denique motu, quando eius verus motus iuxta signorum consequentiam est æqualis medio motui.

Directus verò dicitur cū eius motus augetur, seu cū in subsequentes signorū partes incedit. Retrogradus cū in antecedentes signorū partes fertur, seu cū eius motus minor fit. Porro statio-

	Medij motus planetarum diurni.		
♄	0	2	0
♃	0	4	59
♂	0	31	27
♁	0	59	8
♂	0	59	8
♃	0	59	8
♄	18	11	27

nalis appellat, quā nihil pmeat, seu eius motus minimè variat: sed in statione primā incidit, dū parū post retrocedere incipit, statione secundā tūc possidet, cū post parū tps cursū suū dirigit, seu fit directus.

De partibus, seu Spacijs cœli, & primum de
Zodiaco. Cap. 8.

Partes cœli diuiduntur in naturales, seu immutabiles, & in accidentales, seu mutabiles. Partes naturales sunt quæ vel longitudine disinguntur, qualia sunt Zodiaci signa, vel etiam latitudine, aut declinatione: partes verò mutabiles in duodecim spacia dirimuntur, sed primum de Zodiaco dicendum est, inde de reliquis per ordinem.

Zodiacum circulum, seu signiferum, sub quo planetæ perpetua agitatione suos cursus dirigunt, eruditi veteres Astrologi non sine physica, experimentisq; approbata ratione in duodecim æquales partes potissimum diuiserunt, quas Dodecatemoria Græci, nostriq; signa appellauere, deinde totam Zodiaci longitudinem in 360. partes emensi iuxta proximitatem dierum anni, singulis duodecim signis 30. partes æqua dimensione tribuerunt, atq; has partes à Solis diurno gressu recentiores gradus non incongruè nominarunt, vnusquisq; verò gradus in 60. partes æquales iterum secatur, quæ minuta, seu prima scrupula dicuntur, vnumquodq; minutū in 60. scrupula secunda, vnumquodque secundum in 60. scrupula tertia, & ita deinceps secundum exigentiam computationis mathematicæ secantur. Hæc autem duodecim signa aliter in Zodiaco primi mobilis, aliter in illo stelliferi, seu octauis orbis intelliguntur, siquidem in primo mobili à verni æquinoctij sectione initium sumunt, in orbe autem stellato ad instar terrestrium imaginum, vt melius mente concipi possent ex aggregatione quàm plurimum stellarum figurata fuerunt, quæ quidem octauis orbis signa, & si tempore Ptolemæi, veterumque artificum cum signis primi mobilis planè conueniebant, ex quo nomen retinuerunt, tamen hoc nostro seculo caput V stellati ab æquinoctij puncto, seu à capite V primi mobilis circiter par. 28. elongatus est.

Duodecim autem signorum ordo, nomina, & characteres in hac tabella apparent.

1 ♈ Aries	4 ♋ Cancer	7 ♎ Libra	10 ♐ Capricornus
2 ♉ Taurus	5 ♌ Leo	8 ♏ Scorpio	11 ♑ Aquarius
3 ♊ Gemini	6 ♍ Virgo	9 ♏ Sagittarius	12 ♒ Pisces

Multifariâ aut hæc signa diuiduntur, quas diuisiones ordine congruo tractabimus, cū ex eis eorū natura satis manifestè appareat.

De

De prima Zodiaci diuisione à quatuor anni temporibus orta. Cap. 9.

Prima etenim diuifio à temperatura quatuor anni tēporum mediātibus circulis coloris in quatuor quartas, seu quadrantes proportionē quadam quatuor hominum etatibus, quatuor humoribus, & quatuor plagis mundi conuenientes, fumitur, & in vnaquaque harum sectionum tria continentur signa.

Prima sectio, quæ ex γ δ π cōstat, dicitur Vernalis, & hæc quidem ad instar ipsius veris calida, humida, & temperata est, in super sanguinea, & ætati incrementi, seu puerili maximè conueniens.

Secunda quadra, quæ æstiuales dicitur ϵ ζ η continet, & est calida, sicca, & cholericæ generationi, profectioñique fauens, ac iuuenili ætati, seu roboris maximè dominans.

Tertia sectio autumnalis, quæ θ ι κ complectitur, est frigida, sicca, melancolica, ac decrescens, & virili ætati præest.

Quartus quadrās λ μ ν tenet, qui dicitur Hyemalis, & est frigidus, humidus, phlegmaticus, & debilitatis ætati, seu senili cōgruēs.

De secunda signorum partitione in mobilia, Fixa, & communia. Cap. 10.

Secundo modo diuiduntur signa in mobilia. Fixa, & cōmunia. Mobilia, seu cardinalia sūt, quæ quatuor cardines Zodiaci cōstituant, & quatuor anni tempora distinguūt, vt γ vernū, θ autumnum ϵ æstatē, & λ hyemē, sed ν , & π dicuntur æquinoctialia, quoniam cū Sol est in illis, fit æquinoctiū in vniuersa terra, ϵ vero, & λ dicuntur tropica, seu solstitialia, quia dū Sol est in illis conuertitur, vt in ϵ recedendo à nobis, & in λ nobis accedendo.

Fixa dicuntur, quoniam status tēporis in illis firmatur, fit enim tempus in δ temperatius, in ζ ardentius, in θ aridissimus, & in ν humidissimus.

Communia vero dicūtur, quia manifeste sūt temporū mutationes, dum Sol in eis existit, hæc etiā Bicornpora dicuntur, quia duobus corporibus hac de causa figurantur, nā dum θ est in illorum initio, vim præsentis temporis ostendit, dū est in fine, succedētis. Sunt autem hæc communia signa π η κ , & λ ponuntur que inter fixa & mobilia, quia ab extremo ad extremum absque medio minimè transitur.

De signis masculinis, & foemininis. Cap. 11.

Signorum praeterea alia sunt masculina, alia sunt foeminina, masculina dicuntur etiam diurna, quia inuicem conuertuntur, cum in calido & sicco conueniant. Foeminina vero nocturna etiam sunt, quia conueniunt in frigiditate, & humiditate, sunt autem haec.

♃	♄	♅	♆	♇	♈	♉	♊	Masculina.
♋	♌	♍	♎	♏	♐	♑	♒	Foeminina.

Haec ideo sic alternatim posita & distincta sunt, quia & masculi societate foeminarum gaudent, & dies & nox sibi inuicem succedunt.

De signis septentrionalibus, & meridionalibus. Cap. 12.

Altera signorum Zodiaci diuisio ab equatore orta est, quod fit, ut cum aequinoctialis in principio ♃ & ♄ aequaliter Zodiacum fecerit, illa signa quae versus partem Boream tendunt Borealia, septentrionalia, seu Arctica dicta sunt, reliqua autem, quae versus austrum inclinant, Meridionalia, seu Antartica dicuntur.

Signa	♃	♄	♅	♆	♇	♈	♉	♊	♋	♌	♍	♎	♏	♐	♑	♒	♓	Septentrionalia.
Signa	♁	♂	♄	♃	♂	♁	♂	♁	♂	♁	♂	♁	♂	♁	♂	♁	♂	Meridionalia.

De signis Rectis, & Tortuosis, quae intuentia, seu eiusdem potentiae signa dicuntur. Cap. 13.

Distinguuntur etiam signa ratione ascensionum in recta, & tortuosa. Recta dicuntur, quae dum in sphaera obliqua ascendunt, plus temporis occupant, quia cum maiori arcu aequinoctialis, quam eclipticae peroriuntur, & haec dicuntur directe ascendentia, & sunt in medietate signiferi descendente, quae ab initio usque ad finem ♃ numeratur. Tortuosa vero, seu oblique ascendentia sunt, quae in breuiori tempore peroriuntur, cum in eorum ascensione plus est de aequatore quam de ecliptica, & haec computantur in medietate signiferi descendente, quae est à principio ♄ usque ad finem ♃. Haec signa recta, & tortuosa à Ptolemaeo Antiscia, vel sese intuentia, eiusdemque potentiae signa vocantur, quonia in eisde sunt parallelis, cum aequali spatio à punctis tropicis distent, & dum Sol per illas partes sese intuentes discurret, dies diebus, noctes noctibus, & horas horis aequales efficit, quapropter dicuntur intuentia, & equalis potentiae, tum etiam quod utraque signa ab iisdem partibus horizonis orientantur, & occidentant.

Tabula

Tabula Radiationum duodecim signorum.

	*	□	△	♁		*	□	△	♁		*	□	△	♁
V	Dex.	☿	♁	♂	♁	Dex.	♁	♂	☿	♂	Dex.	♂	♁	☿
	Sinif.	♁	☿	♂		Sinif.	♂	☿	♁		Sinif.	☿	♁	♂
♁	Dex.	♁	☿	♂	♁	Dex.	♁	♂	☿	♂	Dex.	♁	♂	☿
	Sinif.	☿	♁	♂		Sinif.	♂	☿	♁		Sinif.	☿	♁	♂
♂	Dex.	♂	♁	☿	♁	Dex.	♁	☿	♂	♂	Dex.	♁	☿	♂
	Sinif.	☿	♁	♂		Sinif.	♂	☿	♁		Sinif.	☿	♁	♂
☿	Dex.	☿	♁	♂	♁	Dex.	♁	♂	☿	♂	Dex.	♁	♂	☿
	Sinif.	♁	☿	♂		Sinif.	♂	☿	♁		Sinif.	☿	♁	♂

Inconiuncta vero sunt, quæ nullo horum modorum inter se conveniunt, hæc dicuntur aliena, & auersa, quia nullam inter se familiaritatem habent. Inveniuntur vero inconiuncta signa tali pacto, quatuor signa fixa habent quatuor inconiuncta signa, & hæc sunt signa proximè antecedentia & sequentia, & his opposita, mobilia habent tantum duo inconiuncta, scilicet succedens & eius oppositum, communia similiter habent inconiuncta antecedens & illi oppositum, in hac autem tabella omnes inconiunctæ combinationes descriptæ sunt.

Duodecim	V	♁	♂	☿	♁	♂	☿	♁	♂	☿	X	signa.
Inconiuncta.	☿	♁	♂	☿	♁	♂	☿	♁	♂	☿	♁	Inconiuncta.

De cæteris partibus cæli, quæ latitudine & declinatione disiunguntur. Cap. 16.

Ordo exoptulat, ut de reliquis stabilibus partibus cæli hoc in loco loquamur, quæ sunt latitudo, & declinatio.

Latitudo igitur est distantia, seu recessus stellæ ab ecliptica, hæc autem duplex est, alia Borealis, alia Australis. Latitudo Borea est quæ versus Arcteam, seu septentrionalem plagam computatur. Austrina vero, quæ ad meridianam cæli partem refertur. Quod aut fixæ stellæ aliæ austrinam latitudinem, aliæ boream habeant, nulli dubium esse debet, similiter quod Sol nullam obtineat latitudinem, cum semper in ecliptica maneat, à qua latitudo computatur; sed de cæteris planetis non omnibus notum est; itaque sciendum est, quod cum plana deferentium cæterorum planetarum non semper in pla-

no eclipticę, quemadmodum illud Solis maneant: sed ipsum planum eclipticę in centro mundi secantes, modo in septentrionem, modo in meridiem planetas abscedere, & inclinare faciunt, quin etiam ob Epicyclorum inclinationes, & deflexiones non parū planetę ab ecliptica recedunt. Verum sectio, qua planeta ad boream transit Anabibazonta à Gręcis, à nostris vero nodus Euehens, Attolens, seu Ascendens, & caput draconis dicitur, taliq; caractere signatur Ω. Atq; sectio, qua ad meridiem defertur, à Gręcis Catabibazonta, & à nostris Nodus Deuehens, Deprimēs, Descendens, & cauda draconis appellatur, taliq; caractere scribitur ∩: hi autē nodi contraria è diametro loca tenent. Limites vero, seu Flexurę, ubi maximam latitudinem planetę fortiuntur, ventres draconis appellantur, ita vt pars, quę in Aquilonem discedit, limes seu venter Boreus, ea verò, quę ad meridiē tendit, limes seu venter Austrinus dicatur. Cęterum nodi, qui ex inclinatione deferentis ad eclipticam eueniunt, certo temporis spatio per Zodiacum discurrunt. Nodi siquidem Lunę semper quotidie 3. scr. cum aliquot secundis in præcedentia feruntur. Hi etiam magnę fortitudinis cęteris aliorum planetarum nodis esse reperiuntur, quia talia loca magnam vim à Luna recipiunt, assimilant Astrologi Ω naturę ♃, & ♀, & p' planetarum vires auget, ita quod bonus cum bonis associatus efficitur, cū malis autē malus. ∩ verò assimilatur naturę ♁, & ♂, & talis locus infortunat, & vim minuit, quamobrem cum malis bonus, & cum bonis malus est. Describitur autem motus Ω in Ephemeridibus, ex quo faciliter locus ∩ inuenitur. Verum cęterorum planetarum nodi tardissimē in cōsequētia ad motum scilicet octauę spherę Apogęa propria consequuntur, quapropter eorum loca ad annum Domini 1581. in subsequenti tabella annotata pluribus annis, & ante, & retro haud perperam satisficient. Cęterum ob Epicyclorum inclinationes, & deflexiones latitudines absidum augentur, minuuntur uē, cum superficies Epicycli ad superficiem Eccentrici eodem modo, quo Eccentricus ad eclipticam se habet, inclinata sit, quod quidem minimē in Luna contingit, cum eius Epicycli planum à deferentis plano non recedat, quare simplicem solum deferentis latitudinem habet. Igitur nodi, & ventres, qui ratione Eccentrici, & Epicycli simul in cęteris planetis accidunt, non ita facilē præfiniri possunt, cum tam frequenter eo un varietur motus, sed potius eorum loca ex Ephemeridibus petenda

petenda sunt in calce vbi latitudo planetæ scripta est. Sequitur tabula nodorum, & limitum, quos planetarum deferentes faciunt, in qua et adnotatur maxima latitudo, quâ planetæ habere possunt.

	Maxima latitudo		Sectiones, seu nodi				Limites, seu ventres	
	Borea	Austrina	Euehens Ω	Deprimens ϑ	Boreus	Austrinus		
\bar{h}	3 2	3 5	9 2 Ω	9 2 ϑ	9 2 ϖ	9 2 ϑ		
\bar{h}	2 4	2 7	26 36 ϑ	26 36 ϖ	26 36 ϑ	26 36 ϖ		
σ	4 30	6 50	28 18 ϑ	28 18 Ω	28 18 ϖ	28 18 ϖ		
φ	6 22	6 22	16 15 χ	16 15 ϖ	16 15 ϖ	15 15 ϑ		
φ	4 5	4 14	29 54 Ω	29 54 ϖ	29 54 ϖ	29 54 ϑ		
\odot	5 0	5 0						

Amplius sciendum est, qd planetæ ratione latitudinis dicuntur ascendentes, & descendentes, respectu, s. poli Zodiaci arctici. Sunt etenim ascendentes, quando vel eius latitudo meridiana minuitur, vel Borealis maior fit: ascendunt autem planetæ à limite Austrino vsque ad Boreum terminum. Descendentes verò dicuntur, quoties eius latitudo septentrionalis decrescit, vel quando Austrina augetur, descendunt namq; à Boreali ad Australem limitem.

Declinatio autem nihil aliud est, quâ stellarum ab æquatore distantia, quæ duplex est Austrina, & Borea, nec dissimili modo respectu declinationis planetæ ascendere, vel descendere dicuntur, nam dum stellæ ad arcticum æquinoctialis polum nobis conspicuû propius accedunt, in declinatione ascendere dicuntur. E contra descendentes sunt, quando ab arctico polo remouentur, inumque australe petunt. Stellæ igitur potentiores sunt in latitudine, & declinatione septentrionali, quàm è contra in meridionali, quoniam propius ad nos accedunt.

De fortuita, atq; variabili diuisione cœli. Cap. 17.

Quemadmodum supra partitione immutabili, atq; firma distributum fuit cœlum in duas medietates, in quatuor quadrantes, & in duodecim spacia, seu signa, ita etiã conuenienter totidem modis diuisione, quæ ob primum motum ad diurnam cœli cõuersionem assiduò variatur, distinguitur. Primum itaque officio meridiani circuli in duas equas partes, quarum altera ascendens, altera descendens dicitur, perpetuò dirimitur, quas deinde medietates horizon, seu circulus finitor parit, et

F alteram

alteram scilicet partem supra hemispherium nostrum eminentem, alterā infra terram latentem relinquens, ita vt inde quatuor quadrantes exeant, atq; hi quadruplicibus temporibus anni, complexionibus, plagis mundi, & hominum ætatibus iuxta Arabes comparantur, postremo in duodecim partes æquales sectionem recipit, quas Astrologi Mansiones, Hospitia, Habitacula, & Domicilia nominant. sed in hac partitione cœli artifices inter se non nihil discrepant, quemadmodum infra cap. 10. secundi tractatus, cui titulum fecimus, De cœlestis figuræ erectione, tractabimus. Porrò hæc domus ab horizonte orientali initium sumentes, & iuxta ordinem signorum per horizontem inferiorem ad eundem finitorem reuertentes ducuntur, efficiturq; vt in vnoquoque quadrante tria contineantur domicilia.

Primus itaq; quadrans, qui ab ortu ad medium cœli extenditur cōtinet domum 10. 11. & 12. & dicitur Masculinus, Orientalis, Adueniens, & secundum Arabes sanguineus, atq; calidus, & siccus, quem tamen Ptol. tantum siccum asserit, ob id, quia cum Sol in eo est humiditatē noctu excitatam desiccet, tum et q̄ subsolanī venti ab hac plaga erumpentes aridi, & auram desiccantes sunt.

Secunda cœli quarta à medio cœli ad finitorem occidentalem terminatur, atq; domum 9. 8. & 7. complectitur, quā Arabes cum Ptolemæo femineam, meridianam, & recedentem statuunt. Insuper eam cholericam, vtpotē calidam & siccam dicunt, q̄ Ptolemæi opinioni fermē cōsentit, quippe propter ☉ inflammationes in m.c. maximē ad eam partem accedens, & propter ventos notos calidos, & rarificos ex ea regione spirantes, calidissimam esse ponit.

Tertium quadrantem 6. 5. & 4. domus componunt, cum ab occidente ad meridianum subterraneum deferatur, & est masculus, occidentalis, & adueniēs, & iuxta Arabes melancholicus, frigidus, & siccus esse creditur. Iuxta Ptolem. tamen humidus est, quoniam cum Sol ad eum peruenit, humiditas in die exhausta diffundi incipit, & Fauonij ab ea exeuntes teneri sunt, & madidi.

Quartus denique quadrans 3. 2. & 1. domicilia continens inter m.i.c. & orientem clauditur, femininusq; septentrionalis, & recedens est. Arabes eum flegmaticum, atque frigidum, & humidum appellant, quod non multum à mente Ptolemæi discordat, quando eum frigidum ex eo dicit, quod dum Sol meridianum sub terra latentem conscendit, longissimē à nobis abest, tum etiam
quia

quia Aquilonares venti, qui ex tali situ proueniunt frigidi, & congelatores sunt.

Domorum præterea aliæ sunt angulares, aliæ succedentes, aliæ denique cadentes. Angulares domus, seu cardinales dicuntur, quæ in quatuor cardinibus mundi incidunt, consequuntur etenim ea quatuor æquinoctialis, & Zodiaci puncta, quæ meridianum, & horizontem ab utraq; parte tangunt, quæ puncta, ut principalia, maximæq; potestatis vocantur cardines, anguli, turres, & à Græcis centra: dicuntur etiam cuspides, quod verbum & cæterarum domorum initijs cõmune est, sunt autem domus angulares prima, quarta, septima, decima. Hæc sunt cæteris robustissimæ, & validissimæ. Succedentes domus sunt secunda, quinta, octaua, vndecima, sic dictæ, quia angulares domus proximè sequuntur, Græci has Anaphoras, seu Epanaphoras appellant: hæc sunt mediocres robore. Demum cadentes dicuntur, à Græcis Apoclimata, & Cataphora, vocantur etiam pigra, seu deiecta loca, quia cum horoscopo nullam familiaritatem habent, ut duodecima, tertia, sexta, & nona: hæc sunt cæteris debilissimæ.

De viribus planetarum ratione partium cœli. Cap. 18.

Postquam de partibus cœli satis abundè diximus, restat ut certum modum examinandi planetarum vires pertractemus. Primò igitur à familiaritate, quam cum duodecim signis habent, sortiuntur planetæ quæsdam potestates, quibus maximè eorum vires augentur, ac euidentiores fiunt. Quoniã vero cuiusq; planetæ potestas incertis locis maior, in alijs vero minor apparet, ideo hæc planetarum in signis potestates diuersis appellationibus secernuntur, & apud Ptol. septè genera inueniuntur, quæ à neotericis dignitates essentielles appellatur, hæc autem sunt Domus, Altitudo, Trigonus, Terminus, Carpentum, Persona, & Gaudium, de quibus in sequentibus capitibus plenè differemus.

Postremo pro vario situ in fortuita cœli figura planetarum vires augentur, minuuntur. Etenim planetæ in angulis robustissimi sunt præcipuè in M. C. inde in oriète post in 7. loco: sed in I. C. debiliores sunt, satis èt fortes, ac potètes sunt in 11. loco post in 9. inde in 2. 5. 12. 3. in 6. aut & 8. malè collocantur; sed hæc loca potissimè consideranda sunt quatenus cum rebus inferioribus familiaritatè, ac significationè sortiuntur, prout in prædictionum libris fusius pertractatur.

Dignitates planetarum.

Domus est locus potentior & principalior, vtpotè præ cæteris naturæ, atq; temperaturæ planetæ maximè conueniens. Cuius ratio, & fundamentum ex hoc apparet, quoniã cum ex 12. signis duo potentiora, efficacioraq; cõperta sunt, cū propius ad verticem nostrũ cæteris accedant, in quibus Sol maximum calorem apud nos excitat, merito ea luminariibus, vt præcipuis planetis attributa sunt. Soli quidem ☉ cum sit signũ masculinum, calidũ, & diurnum: sed ☾ Lunæ cū sit femininum, & nocturnum, quapropter ea medietas, quæ à ☉ ad ☾ est, naturæ solari maximè conuenit, ea vero, quæ ab ☾ ad ☉ vsque extenditur, Lunaris est: reliqua quæ supersunt signa cæteris planetis accommodata sunt eo ordine, quæ planetæ in cœlo tenent, & singuli binã signa pro hospitij possident: etenim ♃, qui ratione situs Lunę proximus adhæret, nec vnquam plus 27. partibus à Sole recedit, conuenienter proxima domibus luminarium signa, quæ sunt ♀ & ♁ pro domibus competunt. Inde domicilia ♀ subsequuntur, quæ sunt ♃ & ♁, quia cum sit fortuna minor, luminariibusq; amica, neq; à Sole plus 48. ferè partibus distare potest, vtpotè tertio signo à Sole, hæc signa luminarium domos sexangulari radio aspiciunt: accedit etiam ad hoc, quod ambo fecunda, quemadmodum ♀ sunt. Sequitur in ordine ♃, cui vt infortunę minori, luminariumq; inimico signa his succedentia pro domibus attributa sunt, vt ♄ & ♅, hæc enim signa tetragono radio luminarium domos feriunt: ♄ quidem domum Solis ☉: Aries verò ☾ domũ ☾. Subsequitur inde ♅ fortuna maior, luminariumq; amicissimus, cui data sunt signa proximè his succedentia ♄ & ♃, quæ sunt cæteris fecundiora ad instar ♅, atque cum luminarium natura maximè conuenientia, ob id, quòd hæc signa luminarium domos trigona radiatione omnium optima aspiciunt, velut ♄ Leonem, & ♃ Cancrum, postremo loco remanet ♆ frigidissimus, ac infortuna maior, qui cum proprium orbem omnibus remotiorem habeat, sitq; luminarium inimicissimus, ob id reliqua signa, vtpotè ♄ & ♅, quæ sunt malefica, & frigidissima, domibusq; luminarium opposita, meritò ei conueniunt. Nec hoc loco mihi displicet domorũ distinctio ab Arabibus excogitata, dũ cuique planetæ alterã diurnã, atque alteram nocturnam ex conditione ipsius signi attribuunt. Itaque diurnæ domus Solis domui, nocturnæ

nocturnæ vero ☉ domui configuratæ erunt, & planetæ diurni in diurna, nocturni vero in nocturna domo gaudere maximè dicuntur: sed indifferens ☽ magis in ♄ signo sicco gaudet, cum hoc etiam signum in hexagona radiatione domus ☉ sit.

Medietas Lunaris.	☉ Diurna	♄ Nocturna
	☽ Nocturna	♃ Diurna
	♂ Diurna	♁ Nocturna
	♁ Nocturna	♂ Diurna
Medietas Solaris.	☉ Diurna	♄ Nocturna
	☽ Nocturna	♃ Diurna
	♂ Diurna	♁ Nocturna
	♁ Nocturna	♂ Diurna

Contraria verò ratione opposita domibus planetarum signa maximè aduersantia naturæ planetarum sunt, cum in eis ob contrariam constitutionem vehementer vires amittant, & hæc detrimenta, seu exilia planetarum vocantur, quæ sunt hæc.

Detrimta Planetarum.					
☉	☽	♂	♁	♃	♄
♄	♃	♁	♂	♃	♄

De altitudinibus Planetarum. Cap. 20.

Altitudinis, seu exaltationis dignitas post domum præcipua est, & maxima, in qua existens planeta, tanquã in signo ad propriã vim exercendã apto magnopere lætatur, & euidens in aere, ceterisq; rebus mutatione ostendit. Eius autem rationalis est. ☉ exaltatur in ♃, ob id, quia cum tale signum ingreditur in semicirculũ borealem scandens, qui procreationi rerũ fauet, maximè gaudet, & tunc augescere dies, & calor incipit, contrariaq; ratione in ♁ deijcitur. Lunę vero succedens ☽ signum pro exaltatione competit, cum post ☉ secundum obtineat in generatione locum quoties. n. luminaria in ♃ copulantur, vbi initiũ anni, & procreationis rerum sumitur, tunc ☽ post coitum in ☽ apparere, lumenque suum refulgere incipiet, eius autem deiectione in ♁ est, sed cum ♁ frigiditatis, interitusque rerum author sit, merito ☽ aduersum altitudinis ☽ signum competit, & pro deiectione ob contrarias causas signum ♃, deinde ♁ in ☽ extollitur, vbi

Septentrionales ventos, quorum maximè secundus est, commodius excitat, in ♄ autem deprimitur, at ☿ ut ♃ contrario pro altitudine ♄ designatus est, quia cum tale signum sit à puncto verticali nostro remotissimum, magis calorem ☿, & ardorem obtemperat, contraria vero causa signum ♃ eius est depressio: ♀ postea, quæ humiditatis efficiens est, maximam vim in humecto ♃ signo ostendit, & in eo exaltatur, deijciturq; in ♃: sed ♄ ut huic contrariæ naturæ existit, nempe aridissime, ita etiam contrariam altitudinem exposcit, itaq; in ♃, ut sicco signo sublimatur, & suæ altitudinis deiectus locus est ♃:

Exaltationes, seu altitudines planetarum.						
☉	♃	♄	♃	♂	♀	♄
♃	♄	♃	♄	♂	♀	♄
Deiectiones, & casus.						
♄	♃	♃	♄	♄	♃	♃

De Planetarum Trigonis. Cap. 21.

Triangularitatis, seu triplicitatis dignitas est dominium ex dignitate domus, altitudinis, & sectæ proveniens, quod planetæ in tribus signis trigono connexis habent. Talia enim signa quàmvis propriè temperatura haud conveniant, videntur tamen ob sexum, conditionem, & radium trigonum familiaritatem quandam inter se observare, tum maximè cum ab eisdem planetis gubernentur. Diuiduntur autem signa in quatuor triangulos, & in vnoquoq; vnum signum mobile, vnum fixum, & vnum commune incidit, & signi fixi dominus in quoq; trigono potiore dominium, & primum locum obtinet.

Primus itaque triangulus, quem Arabes igneum vocant, ex ♃ ♄ + masculis, & diurnis signis constat, cuius imperium sortitur ☉ & ♃ masculi & diurni planetæ, ita ut ☉ interdiu primum locum teneat, ♃ secundum, quemadmodum noctu ♃ primum, & Sol secundum. Arabes hunc Trigonom orientelem faciunt: sed Ptolemæus, cui magis credendum est, eum Borrholycicum appellat, quod mixturam ex borea, & aphrico significat, etenim ob ♃ dominum ♃ Septentrionales ventos excitat, cui etiam admiscetur occidentales venti ob ♃ domum ☿, qui in locum ☉ succedit, ob id quia ☉ generalis ventorū motor peculiarè ventū minimè habet.

Secundus

Secundus Trigonus tria signa feminina, & nocturna continet, quæ sunt ♀ ♄ & ♃, atq; hunc Arabes terreum appellant, eique iuxta Ptolemæum ♄ & ♃, vt trigonocratores præficiuntur, sic ♄ in die ♀, & in nocte ♄ primum obtineat locum. Hunc Arabes Meridionalem ponunt, sed melius iuxta Ptolemæum Notapelioticus, seu Austrifolanus, id est ex austro, & subsolano mixtus dicitur, quoniam propter dominium ♄ in ♄ Meridionales ventos mouet participantes cū oriente, ob ♃, cui ♄ dominatur, qui in Lunæ locum succedit, cum ipsa propter generalem significationem, sicut Sol, nullum specialem ventum habeat.

Tertius autem triangulus, qui acereus ab Arabibus dicitur, ex ♄ & ♃ masculis & diurnis signis conficitur, cuius dominatores sunt ♄ & ♃, ita vt ♄ die, & verò nocte præferatur. Dicitur hic Trigonus secundum Arabes occidentalis, sed de sententia Ptolemæi Borrapelioticus, id est ex borea & subsolano mixtus, quoniã venti ex eo prouenientes ob ♄ magis in ipso dominantem orientales sunt, participantes cum Septentrione propter ♄, qui conditionis causa ♄ conciliatur.

Quartus & vltimus Trigonus ex ♄ & ♃ femininis & nocturnis conflatus, aqueus dicitur, habetq; vt præcipuum dominatorem ♄, cum sit dominus fixi signi, qui tamen die ♄, nocte vero ♄ socios assumit. Arabes, hunc Septentrionalem esse dicunt. Verum iuxta Ptolemæum Notolibycus, seu Austriaphricus dicitur, vtpotè qui occidentales excitat ventos propter ♄ & ♃ dominos participantes, tamen cum meridie propter ♄.

De finibus, seu Planetarum terminis. Cap. 22.

Observatum ab antiquis fuit planetas certos, ac limitatos gradus in signis obtinere, in quibus maximam prærogatiuam habent, quos terminos, seu fines nuncuparunt, de quibus cum Ptolemæus satis abundè tractet eorum rationes, & fundamenta ponens, ideo solum tabulas eorum hic apponimus, admonentes lectorem, q̄ postquam Ptol. de ipsis tres opiniones recenset, finibus Chaldeorum reiectis, Aegyptiorum fines laudat, eosq; quos in quodam antiquissimo libro se inuenisse asserit, magis præ cæteris extollit. Verum ferè oēs tum veteres, tum iuniores Astrologi Aegyptiacos terminos approbare, & sequi magis videntur.

Domus	Exaltatio	Trigono- cratores inx. Ptol.	Termini, seu fines Planetarum secundum Aegyptios.					Termini, seu fines, qui dicun- tuntur Ptolemaei.				
			♄	♃	♂	♆	♅	♄	♃	♂	♆	♅
Ⅴ	♂ D	♄	6 Ⅴ	12 ♀	30 ♀	25 ♂	30 Ⅴ	6 Ⅴ	14 ♀	21 ♀	26 ♂	30 Ⅴ
Ⅵ	♀ N	♃	8 ♀	14 ♀	22 Ⅴ	27 Ⅴ	30 ♂	8 ♀	17 ♀	22 Ⅴ	26 Ⅴ	30 ♂
Ⅶ	♀ D	♂	6 ♀	12 Ⅴ	17 ♀	24 ♂	30 Ⅴ	7 ♀	14 Ⅴ	21 ♀	25 Ⅴ	30 ♂
Ⅷ	♂ N	♆	7 ♂	13 ♀	19 ♀	26 Ⅴ	30 Ⅴ	6 ♂	13 Ⅴ	20 ♀	27 ♀	30 Ⅴ
Ⅷ	♂ D	♅	6 Ⅴ	11 ♀	18 Ⅴ	24 ♀	30 ♂	6 Ⅴ	13 ♀	19 ♀	25 Ⅴ	30 ♂
Ⅸ	♀ N	♄	7 ♀	12 ♀	21 Ⅴ	28 ♂	30 Ⅴ	7 ♀	13 ♀	18 Ⅴ	24 Ⅴ	30 ♂
Ⅹ	♀ D	♃	6 Ⅴ	14 ♀	21 Ⅴ	28 ♀	30 ♂	6 Ⅴ	11 ♀	19 Ⅴ	24 ♀	30 ♂
Ⅹ	♂ N	♂	7 ♂	11 ♀	19 ♀	24 Ⅴ	30 Ⅴ	6 ♂	14 Ⅴ	21 ♀	27 ♀	30 Ⅴ
Ⅺ	Ⅴ D	♄	12 Ⅴ	17 ♀	21 ♀	26 Ⅴ	30 ♂	8 Ⅴ	14 ♀	19 ♀	25 Ⅴ	30 ♂
Ⅻ	♂ N	♃	7 ♀	14 Ⅴ	22 ♀	26 Ⅴ	30 ♂	6 ♀	12 ♀	19 Ⅴ	25 ♂	30 Ⅴ
Ⅻ	♂ D	♂	7 ♀	13 ♀	20 Ⅴ	25 ♂	30 Ⅴ	6 Ⅴ	12 ♀	20 ♀	25 Ⅴ	30 ♂
Ⅻ	Ⅴ N	♀	12 ♀	16 Ⅴ	19 ♀	28 ♂	30 Ⅴ	8 ♀	14 Ⅴ	20 ♀	26 ♂	30 Ⅴ

De Planetarum carpentibus. Cap. 23.

CArpentis, seu throni omnium nobilissima dignitas est composita ex alijs simplicibus, quæ supra positæ sunt, nam tunc planeta carpentum, seu solium consequitur, cum fuerit in loco duabus, aut pluribus societatis dignitatibus cognato constitutus, videtur enim tunc quasi in omni suo gaudio collocatus, atque eius operandi facultas excellenter augetur, & conduplicatur.

De sua singulorum Planetarum persona. Cap. 24.

Planetæ suas personas gerere dicuntur, quoties singuli eo modo cum Sole, aut Luna configurantur, quo domus ipsorum cum luminarium domibus, ita tamen ut ad Solem occidentales, ad Lunam verò orientales sint. Arabes hanc Almugeam, & vulgares Astronomi videre à facie ad faciem nominant. In Almugea igitur Solis dicitur planeta, cum à Sole tot signis distat, quot à ♄ prima domus eius, quæ subsequitur secundum successionem signorum distat: sed in Almugea Lunæ est, quando tot

tot distat signis, quot à ☽ domus planetæ, quæ subsequitur, contra ordinẽ signorũ distat, quæ oĩa euidenter in subsequenti tabella patet.

Almagea ☽		Almagea ☽	
♄	In signo se-	♄	In signo con
♃	cundum se-	♃	tra seriem
♂	riem signo-	♂	signorum
♆	rum post ☽	♆	post ☽
♁	1	♁	1

De Planetarum gaudio. Cap. 25.

G Audium planetæ iuxta Ptolemæum est, quando planetæ non in proprijs locis, sed in amicorum dignitatibus, ut potè suæ conditionis sunt, hæc autem exigua, & omnium minima est dignitas. Arabes verò intelligunt gaudia planetarum quoties fuerint in suis principalibus domibus, sed hæc carpenti dignitas est à nobis supra pōsita.

De collatione Planetarum ad Solem. Cap. 26.

Quarto Planetarum robur respectu ad Solem cōsideratur, quo fit ut dicatur cōbusti, sub radijs, in corde Solis, orientales, occidentales, & denique matutini, & vespertini, aucti, & diminuti lumine.

Combustus dicitur planeta, quando minus sui orbis medietate à Sole distat, seu ante, seu post, & tunc est in malo statu, & debilissimus, sub radijs verò quando extra medietate sui orbis à Sole elongatur, sed tamè est intra quantitate, quã aggregatũ orbium amborũ cōponit, & tunc est minus debilis. In corde aut̃ Solis est, quãdo ei corporaliter, i. secundum longitudinẽ, & latitudinẽ tanto spatio iunctus est, quantũ cōponunt Solis, & planetæ semidiametri, hoc aut̃ spatium, ut plurimum erit scr. 19. in hoc statu dicunt Astrologi planetam fortissimũ esse, & eius vires conduplicari. Alij autẽ considerant cōbustionẽ ab occultationis puncto, seu heliaco occãsu ad punctũ emersionis, vel ortus heliaci: sed hoc interuallũ pp̃ inæqualitate signorũ rōne ascensionũ, & descensionũ minimè definiri pōt, sed ad eũ venandũ vltimũ tab. Prutenicarũ præceptũ cōsulere oportet.

Insuper planetæ dicuntur potetiores, quãdo orientales sunt. Dicuntur aut̃ tres superiores ♄ ♃ ♂ orientales, quã ☽ precedunt, nepe à coitu ☽ vsq; ad ♂, seu in prima medietate epicycli, quæ est ab auge ad oppositũ, nã in hoc statu Sol exoritur ante eorũ occultationẽ.

Dicuntur

~ Dicuntur verò occidentales, quando sequuntur Solem, nempe ab oppositione ad σ , & in secunda Epic. medietate, quæ est à Perigeo ad Apogæum: tunc, n. interdiu oriuntur, nec videntur antequam Sol occumbat, habet aut superiores respectu ad Solem quatuor status. Primus est ab exortu matutino vsq; ad stationem primam, in quo sunt humidi. Secundus est à statione prima vsq; dū noctu oriuntur, & tunc calefaciunt. Tertius est à nocturno exortu ad secundam stationem, in quo desiccant. Quartus à secunda statione ad ortum, & in hoc sunt frigidi.

Venus, & ζ dicuntur orientales, quando præcedunt Solē, & sunt in medietate secunda epicycli. Verū sunt in matutino exortu à Perigeo, seu medio $\&$ versus matutinas stationes, in quibus incipiunt cursum dirigere: sed in occasu matutino post matutinas stationes versus Apogæum. Dicuntur verò occidentales quando \odot sequuntur, & hoc accidit in prima medietate epicycli, & sunt in vespertino exortu ab Apogeo epicycli versus stationes vespertinas, in quibus retrogradi fiunt, in occasu verò vespertino, post vespertinas stationes versus Perigæum, dum recurrunt ad Solem.

Luna verò est orientalis ab σ ad σ : occidentalis verò à σ ad σ , & tunc magis robustior est, habetq; ad Solem quatuor status. Primus est à σ ad primam \square , in quo est magis humida, quam calida. Secundus à prima \square ad σ , & est calida magis, quam sicca. Tertius à σ ad secundam \square , in quo est magis sicca, quam frigida. Quartus denique à secunda \square ad σ ubi magis est frigida, quam humida.

Planete dicuntur aucti lumine, cum à Sole recedunt, vel dum Sol ab eis recedit, minuti vero lumine dicuntur cum Solem accedunt, vel Sol ad eos accedit.

De mutua Planetarum inter se habitudine. Cap. 27.

CAeterum planetæ ex mutua collatione, seu cōparatione inter se considerantur tripliciter. Primo prout alter supra alterū sublimatur, seu exaltatur, & hæc eleuatio multipliciter accidit. Primo respectu suorū circulorū, quo fit, vt qui proprius ad auge epicycli accedit, sublimior est altero, qui magis ab ea declinat: similiter qui à deferentis auge minus distat eleuatus dicitur supra alterū, qui ab ea magis remouetur. Secundo respectu latitudinis, & tunc qui magis versus Boream ascenderit in latitudine, præfertur ei, qui magis à Borea remouetur, & sic planeta habens latitudinem Septentrionalē, præfertur planetæ existenti in ecliptica, vel habenti

benti latitudinem Austrinam, sed si ambo ad Boreã accedunt, preferitur qui maiorem habet latitudinẽ, si verò ambo ad meridiẽ tendunt, ille, qui minorem latitudinẽ habet, supra alterũ eleuatus dẽ.

Tertio quando duo planetæ coniunguntur, ponderosior, & occidentalior super alterũ exaltatur. Quarto respectu figurę cęli, qui magis ad meridianum accedit, maximẽ exaltatus dicitur.

Secundo considerantur planetę inter se quatenus sunt in intuentibus partibus, seu in obedientibus, & imperãtibus vt supra cap. 13. & 14. docetur. Postremo considerantur prout sunt in aliquo aspectu inter se, sicut in sequenti capite tradetur.

De configurationibus & planetarum aspectibus. Cap. 28.

NON ambigimus planetas, & sydera tum lumen, tum occultas vires in hæc inferiora orbiculariter transferre: sed quãuis infinitos radios quælibet stella projiciat, & effundat: attamẽ qui valẽtiores, efficaciorisq; virtutis cõperti sunt, inter cæteros meruerũt aspectus nũcupari. Diciturnãque stellarũ aspectus, seu radiatio mutua eorũ habitudo in eisde (vt hic cõprehẽdatur et cõiunctio, quę propriẽ nõ est aspectus) vel diuersis Zodiaci partibus, qua ad inuicẽ virtutẽ, influxũque communicare possunt. Solet autẽ plerumque quintuplex assignari planetarũ cõfiguratio, vt puta cõiunctio, sextilis, quadratus, trigonus, & oppositio.

Coniunctio, quę coitus, cõgressus, & Gręcis synodus dicitur, fit cũ binæ stellę in eadẽ signiferi parte reperiuntur. Hęc autẽ est natura indifferens, cũ bonis nẽpe bona, & cũ malis mala, estque oĩum radiationũ robustissima, & efficacissima. Describit breuitatis cã sic σ .

Sextilis, vel sexangularis, qui à Gręcis Hexagonus nũcupatur, est distãtia stellarũ per sextantẽ circuli, vel est qui duo signa, vel 60. partes cõtinet, hic. n. à quouis Zodiaci puncto ad sexagesimũ gradũ, tũ ante, tũ retro trãsmittit. Hic mediocriter bonus est, q. a fit ex signis sexu, & natura cõueniẽtibus, & est debilior cęteris: notaturq. sic *.


Quadratus, quadrangularis, vel secundũ Gręcos tetragonus est distãtia stellarũ per quadrantẽ, seu quartã Zodiaci partẽ, is enim tria signa, vel 90. par. intercipit: mediocriter autem malus censetur, quia pendet ex signis sexu, & natura dissidentibus: robore autem mediocris est, & designari solet hac figura \square .

Trinus aspectus, vel triangularis à Gręcis trigonus dictus est distãtia stellarũ per trientẽ, seu tertiã circuli portionẽ, quatuor. n. signa

figura, nempe partes 120. complectitur. Hic simpliciter bonus me-
retur appellari, tum propter efficaciam, tum q̄ ex signis sexu, &
natura congruentibus constet, robore autem æqualis est □, & hac
figura describitur Δ.

Oppositio, Græcis diametralis aspectus, est distantia stellarū per
hemicyclum, seu medietatem circuli, hic nāq; sex signis, quæ sunt
par. 180. clauditur, præterea noxius & malus maximè cēsetur rōne
oppositionis, quoniā quæ opponuntur, maximèq; distant, maximè
etiam sibi inimicantur, robore aut̄ excellens, & validior cæteris est
præter σ, nam lineæ, quæ per centrum transeunt sunt omnium va-
lidissimæ; notatur verò sic ϑ. *Schema aspectuum.*

Sciendum tamen
est, quod quando *
in signis longarū, &
Δ in signis breuium
ascensionum incidit,
tunc malefici censetur,
æquipollentque
□ aspectui, cum talē
in æquatore, seu re-
spectu ascensionum
statuāt, quod à Ptol.
& à plerisq; alijs ma-
ximè obseruatur,
sed hæc sententia se-
cundum opinionem
nostram sic intelli-
gitur, quod tunc * te-



tragono aspectu equiparatur, quoties in medietate celi orientali in
i signis longarū ascensionū incidit, quæ sunt ♄ ♏ ♌ ♎ ♍ ♋, seu etiā
n occidentali parte in signis longarū descensionū, quæ sunt his op-
posita: hæc. n. descendunt longè, & equali tēpore, quo superiora si-
gna ascendunt. Similiter Δ aspectus, tūc □ æquualet, qñ in signis
breuiū ascen. in parte celi oriētali occurrit, seu in oppositis signis in
occidētali parte. Pari rōne □ aspectus in parte oriētali in signis bre-
uiū ascen. seu in occidentali in signis breuiū descen. sicut * cōputa-
bitur. Necnon ēt in oriētali parte in signis longæ ascensionis, seu
in occidentali in signis longæ descensionis ad Δ naturam accedet.

Consign-

o Multifariam autē aspectus diuidūtur. Primo enim alij sunt dextri, alij sinistri. Dextri sunt qui à certo pūcto in p̄cedētia, seu contra ordinē signorū tendunt, sinistri vero, qui à certo pūcto in signorum consequentiam transmittūtur, validiores autē censetur dextri sinistris, si fiat ad angulos celi comperatio, quia stellæ ad eos nō proprio motu: sed primi mobilis feruntur, quo vero ad alias stellas cōparati sinistri dextris potētiores sunt, cū stellæ proprio motu non alieno appropinquent.

Præterea cōfiguratio, seu aspectus alius dicitur partilis, alius platicus. Partilis, seu perfectus est cū stellæ, vel in eisdē sūt partibus, vel cum inter stellas tot intercipiūtur partes, quot radiationē aliquam constituunt, vt in * 60. in □ 90. in Δ 120. & in ϙ 180.

Porrò aspectus partilis alius est simplex, nēpe secundum longitudinem solū, & est quando reperiūtur stellæ in vno, vel diuersis circulis per polos Zodiaci descriptis per partes eclipticę sese partiliter aspicientes ductis, quāuis latitudinē diffideant. Alius est compositus, qui ex lōgitudine, & latitudine constat, quando scilicet stellæ secundum longitudinē, & latitudinem conueniūt. At diuersimodē hęc conuenientia latitudinū in singulis aspectibus attendenda est, quoniam in ϙ stellæ eandē, & æqualem latitudinem habere debent, & tunc ϙ dicetur cētralis; sed in ϙ equalis, & cōtraria latitudo est obseruanda, vt si altera stella habet latitudinē austrinam, reliqua habeat eam boream in consimilibus partibus. Verū in trigonis contraria requiritur latitudo, & inæqualis, vt puta quāta est medietas latitudinis stellę. Hexagoni autē eandem latitudinē, & inæqualē postulant, quanta scilicet est medietas latitudinis stellę: sed in tetragonis radiationibus nulla latitudo obseruatur, cum in ecliptica partiliter semper incidant.

Configuratio platica seu per orbē est cū stellę intra quantitatem fuorū orbium sunt, vel cū à stella ad stellā distantia aspectus nō exatē numeratur: sed vel maior, vel minor est quāta est lux orbiū eorū, nā tūc distātia aspectus nō in centra stellarū, sed intra orbis eorū incidit, quantitas vero, seu lux orbiū stellarū in hac tabella annotatur.

Stella fixæ magnitudinis	Prime par. 7 30	♄ par. 10 0	♀ par. 8 0
	Secundæ par. 5 30	♃ par. 12 0	♁ par. 7 0
	Tertiæ par. 3 30	♂ par. 7 30	♁ par. 12 30
	Quartæ par. 1 30	♁ par. 17 0	

Aspectus platicus diuiditur in applicationē, & separationē, seu deflu-

defluxū. Applicatio fit quādo leuior planeta accedit ad ponderosio
 re (dicuntur pōderosi planetæ à tarditate sui veri motus, leuiores ve
 ro à celeritate, & sic quādoq; inferior pōt esse pōderosior planeta
 superiore, cum scilicet est retrogradus, vel cursu diminutus) cū nō
 maiori distantia, quantum radij ipsorū sunt. Defluxus vero, seu se
 paratio fit quoties planeta leuior in pluribus partibus, vel saltē scru
 pulis existens, recedit à ponderoso. Ceterū applicatio fortior est
 defluxu, & quāto propior corpore, vel aspectu fuerit applicatio, mi
 nusq; lōgè separatio recesserit, tāto efficacior, & validior vtraq; est.

Aspectus applicationis, & defluxus, vel est duorū planetarum, vel
 triū, & plurium. Duorum autē planetarū quatuor sunt species.

Prima est applicatio simplex, quādo scilicet vterq; planeta est di
 rectus, & leuior in paucioribus gradibus tardiore, vel pōderosiore.
 Simili modo separatio simplex dicitur, cum vterque directus est, &
 leuior in pluribus partibus.

Secunda species applicationis est, cū vterq; planeta est retroce
 dens: sed leuior est in pluribus partibus, & celerius eundo grauior
 rem attingit: sed si leuior sit in paucioribus partibus, dicitur deflu
 xio auersa, seu violenta.

Tertia applicationis, seu separationis species mutua dicitur, & fit
 cū duo planetæ vnus motu directo, qui est anterior, & alter qui est
 sequēs motu retrogrado sibi inuicē occurrant, quæ quidē applicatio
 effectū duplicationē significat. Eodē modo fit defluxus mutuus,
 cū planeta, qui est in pluribus partibus est directus, & qui est in pau
 cioribus retrogradus, & hæc frustrationem significat effectuum.

Quarta applicationis species fit cū planeta leuior, & retrogradus
 est in pluribus partibus, & tardior directus est in paucioribus, nā &
 si ratione mediorū motuum hæc esset separatio: tamen iuxta veros
 motus dicitur applicatio, ex hac autē multū alij modi deducuntur,
 prout latius in com. tex. 63. supra 1. lib. Ptol. ex Cardano patet.

Porro radiationū trium planetarū applicationis, & defluxus mul
 tæ numerantur species, utpotè luminis trāslatio, reditio luminis, col
 lectio, seu coniunctio luminis, prohibitio luminis, perturbatio, &
 abscissio luminis, & hæc omnes species fundatę sunt ex regula illa,
 omne potentia tale vim acquirit talem.

Trāslatio luminis, seu naturæ fit tribus modis, primo quoties
 ex tribus planetis simul corpore, aut radijs iunctis medius eorum
 fit leuissimus, nā tūc leuissimus lumē transfert prioris ad sequētem,
 secundo

secundo quādo leuior quocunq; radio se pōderosiori copulat, & ille pōderosior etiā alteri ponderosiori iūgatur, tunc medius dicitur transferrē naturā leuissimi ad ponderosissimum, etiam si leuissimus ponderosissimū nullo radio aspiciat, postremo trāslatio luminis fit etiā tribus planetis in vno met signo existentibus, quorū ponderosior in pluribus partibus fit; sed leuior in paucioribus, nec intra terminū applicationis ad tardiorē, medius vero intra spatiū applicationis ad tardiorē, & intra spatiū, quo leuior sibi applicat, tunc medius virtutem leuioris ad tardiores transferre dicitur.

Collectio luminis fit, quādo duo planetæ minimè se aspicientes aliquem tertiū aspiciunt, qui tunc amborū lumen colligit recipiens naturā eorum. Hæc autē fit dupliciter per applicationē, & defluxū,

Collectio luminis per applicationē est cū duo planetæ nō se aspiciūt, & tertius leuior applicat vtriq;, per defluxū vero quādo nō se aspicientibus planetis, tertius leuior in pluribus partibus existēs ab vtroque simul se separat, tunc talis colligere aliorū lumen dicitur.

Redditus, seu restitutio luminis, & virtutis fit, quoties duo planetæ inter se distantes aspiciunt aliquem planetam debilem, vtpotē combustum, seu ☿, tunc ille, qui recipit aspectum reddit eis lumen, quod acceperat, quia propter debilitatem non potest, nec lumen, nec virtutem retinere, & hoc potest accidere etiam solum inter duos planetas, hæc autē redditio luminis interdū cum proficuo, interdum cum detrimento fieri potest.

Prohibitio luminis fit dupliciter, primo tribus planetis in vno met signo existētibus, si planeta tardior fuerit inter duos leuiores, tūc medius prohibet lucem illorū communicari, quod si talis ☿ leuiorū mala esset, hæc prohibitio iuuat, si autē bona, nocet, secundo potest esse prohibitio, quādo existētibus duobus planetis in vno signo leuior ponderoso iūgatur, & alter quoq; eidē ponderoso per aspectū iungatur, tunc si ille aspiciens fuerit in æqualibus gradibus cum leuiori prohibetur, & anulatur ille aspectus à leuiori, quia coniunctio corporalis fortior est aspectuali, secus autem si aspiciens sit in pluribus gradibus quàm leuior, & sit proximior ponderosiori, quoniam tunc coniunctio corporea prohibetur ab illo aspectu.

Perturbatio, seu contrarietas fit, quādo duo planetæ, quo ad naturalem motū sibi applicant: sed alius tertius in pluribus partibus vtroq; existens, antequā duo primi iungantur, iungit se prius tardiori, siue per retrogradationem, siue per motū tardissimum, cum
iam

iam ad retrogradationem se accelerat, quia tunc interponens se inter duos primos eorum & perturbare dicitur.

Abscisio luminis fit, quoties fuerint tres planetæ intra metas suorum orbium, & leuior fuerit in paucioribus partibus, sed cursu præceda, & attingat ponderosior, antequam medius illi coniungatur, tunc enim leuior abscindit lumen medij à ponderosiori.

Accidit præterea in applicationibus, & defluxibus. Frustratio, Refrenatio, Vacuitas cursu, Feralitas, Pulsatio, Receptio, & Obsessio.

Frustratio fit quando leuis planeta vadens ad & ponderosi, antequam ei iungatur, ipse ponderosus ingreditur aliud signum, in cuius principio sunt radij alicuius planetae, quibus iungitur, quonia tunc leuis planeta iungitur radijs aspicientis, antequam ad & ponderosi deueniat & sic frustratur ob radios aspicientis hæc &. Refrenatio per & vel aspectum fit, quando inferior copulam superioris perens iam est retrogradus, vel antequam ei partiliter iungatur, fit retrocessurus.

Vacuitas cursu euenit, quoties aliquis planeta ab alterius copula separatus nulli siue corpore, siue radio intra metas radiorum eius iungitur, talis enim planeta Vacuus, seu inanis cursu dici solet.

Feralis, siue solitudinarius dicitur planeta, cum in aliquo signo solus absque aliqua aliorum radiatione fuerit, nam tunc eius vis insigniter debilitatur.

Pulsatio, seu naturæ missio dupliciter contingit, primo cum planeta in aliqua dignitate alterius fuerit eundem aspiciens, tunc enim naturam illius dignitatis ad eum, cuius talis dignitas fuerit, transmittit, contingit etiam hæc naturæ missio, quoties aliquis planeta leuis, in propria dignitate existens aspiciat alium ponderosum nullam habentem dignitatem in loco, in quo est leuis, quoniam tunc leuis propriam naturam ponderosiori mittit.

Receptio duobus modis fit, primo quando planeta in propria dignitate existens aspiciat alium, qui in eodem loco dignitatem habet, tunc enim utramque naturam propriam nempe, & aliam, quam alter planeta, in eo signo habet, illi communicat, & sic fit receptio simplex, secundo modo fit, quando & inferior existit indignitate superioris, & e converso superior indignitate inferioris, & hæc mutua, perfecta que receptio est.

Obsessio fit, cum binæ stellæ corpore, aut radijs alteram circundant, nulla alia radios in medium iutermittente, quæ quidem, cum à duabus infortunis fit, obsessus maximè affligitur, sed si à duabus fortunis aliquis maleficus obsessus fit, maximè debilitatur, & noxiam vim committit, sed hoc non sine detrimento fortunarum.